



13
1703 356

ORDINIS JURIDICI
IN ACADEMIA VITEMBERGENSI
DECANUS
GODOFREDUS

Strauß/

Jctus, Potentissimi Regis Poloniarum
atqve Saxoniae Electoris in supremo Pro-
vocationum Judicio, nec non Serenissimi Principis An-
halt. Servest. Consiliarius Aulicus, Facultatis Juridicae in
hâc Universitate Ordinarius, Decret. Prof. Publ. Cu-
riae Electoral. Consistorii et Scabinatus
Assessor.

*Lecturis salutem plurimam dicit,
et eosdem
ad*

DISPUTATIONEM INAUGURALEM

â

Clar. jam Candidato

DOM. JOHANNE ELIA Greiber/

Arnstad. Thur. Jur. Pr. Lips.

Futuro die 13. Octob. Anno MDCCII. habendam
invitat.

ORDINIS JURIDIICI
IN ACADEMIA ALTMERGENSI

DECANUS
GODOHREDUS

SUUM


ICAR POCUNIUS RCG TEGONIUS
SALVE SAKONIUS LEGONIUS IN TEGONIUS PRO-
VOCATIONI INGENIO HEC NON QUITA IN FINEZIS AN-
PTEZIS COUNIUS VITIUS INGENIO HEC NON QUITA IN FINEZIS AN-

DISPATATIONIS INAGITATIUM

DOM JOHANNES EIT EGONIUS

LEMO DIS DEOPI ADO MDCCLXIIII

INAG



Fesu juva!



Us Romanum Justinianeum vim
legis in omnibus Imperii Romano-
Germanici territoriis habere in-
ter omnes æque constat. Quare
& secundum istud in foro & judicis
pronunciandum esse, ex ipsorum
Imperatorum & Statuum Imperii
sanctionibus oppido liquet. Cum
enim Ordinatio Judicij Camera-
lis, MAXIMILIANO I. imperante, Anno 1495, instituti,
cincinnanda esset, Affectoribus ejusdem juramento ab ipsis
præstanto, ut juxta Jura communia (nach des Reichs ge-
meinen Rechten) judicare debeant, diserte injunctum fuit.
Id qvod deinceps ordinatione Camerali de Anno 1500. §.
ordnen sezen ic. verbis: nach laut gemeiner Kaiserl. Rech-
te ic. præclare repetitum legitur, nec minus in Ordina-
tione Politica de Anno 1577. §. 17. verbis: Dieweil solche
Contraeten in gemeinen beschriebenen Rechten höchstlich ver-
borhen ic. manifeste comprobatum. Ut alia loca ex Im-
perii Recessibus prætereamus. Inde vero aperte infer-
tur, qvod, qvi in imperio nostro sive in Cathedra sive in
Judiciis ad intentionem suam firmandam Legem adducit
Justinianam, causam tamdiu habeat fundatam, donec ad-

versarius jus posterius monstrat contrarium, vel jus speciale indubitatum afferat. Nam & eorum Doctorum sententia, qui allegantem jus Justinianeum ad observantiam probandam ultius texus adstringere satagunt, facile concidit: Quoniam Jus Justinianeum non tantum ex approbatione & receptione Imperii expressa, sed etiam tacita omnes imperio Romano-Germanico subjectos strinxit & obligat: quemadmodum Conringius tr. de origine Juris Germanici passim & fuse deducit ac ex ipsius antiquitatis fontibus eruit atque evincit. Quæ quidem receptio Juris Justinianei sub initium seculi 15. in Germaniam facta, ac primo quidem in Academiis Germanicis publice doceri illud coepit; tum vero in fora Imperii nostri sensim introductum fuit. Cum igitur agnitus & approbatio Juris Justinianei & tacita & expressa in aprico sit, quis dubitabit, idem pro communi jure haberi & easdem vires sortiri ac olim leges Graecorum a Romanis descriptæ & in Rempublicam receptæ obtinebant? Et quid tandem fieret litigantibus, (ut reliqua taceam) si lege Justiniane nisi eiusdem usum adversario exigente probare tenerentur? Evidenter ita si ex lite, Processus ex Processu nasciturus foret; cum primis si recognitus adversario reprobationem vel contrariam demonstrationem denegari haud posse, causa principali interim quiescente ac suspensa. Ut taceam, cum judicantibus in Judicis, tum Assessorum in iisdem duram conditionem obtrudi, si ista sententia prævaleret. Illi enim in Scholis antea jus Civile edocti, postea ad forum delati, animadvertentes, quod leges Justinianæ non probent, nisi de earundem usu constet, hæsitabunt semper, num secundum earundem tenorem pronunciare queant, cum observantiam earundem hæc tenuis ignorent. Unde eveniet, ut plerique Judges ac Assessores conscientia dubia sententias suas proferant, & Cynofura certa, quam alias e vestigiis Jur. Civilis sequi potest.

poterant, plane destituantur. Laudat hinc potius & firmat, quæ in Germania invaluit, Jur. Civ. autoritatem *Arturus Duck de usu & autoritate Jur. Civ. Romanorum lib. 2. c. 2. §. 15.* ubi Brunsvicenses, Lumeburgenses, Bremenenses Pommeranos, Megapolenses, aliosque populos adjacentes, qui olim Jure Sax. usi sint, jam ab eo in plerisque casibus recessisse & ad jus Cæsareum rediisse afferit. Pariter & in Provinciis, qua Jus Sax. receperunt, si controversæ incident, in quibus Jus Saxon. a Civ. diffidet, sequendum potius esse Civile Romanorum, quam Saxonum plurimi existimant. Nam & in nostris Collegiis Juridicis, quoties de jure ad remotiora a Nobis Judicia respondemus, in dubio & si de jure statutario non fuerimus certi redditi, juxta principia Jur. Civil. causas decidimus. Interim diffiteri non possumus, in Articulis non paucis provincias quasdam custodire & servare iura Svevica & Saxonica aliaque statutaria, eademque Juris Civil. sanctionibus preferri exemplo inferuit Const. Carol. V. Imperatoris, quam de fratribus filiis admittendis ad successionem patrui cum fratribus jure representationis ex principio LL. Romanarum edere cum fatageret, Elector Sax. tanquam supremus Jur. Sax. Defensor, strenue contradixit, & ne subditi sui sanctioni illi obstringerentur, publice protestatus fuit. Spectat huc Jus Lubecense, ex Jure Sax. & Canon. maximam partem compositum, quod deinceps a Friderico I. Imperatore confirmatum fuit. Plura hanc in rem exempla adducere nihil attinet, cum labore isto nos sublevavit Candidatus noster, Vir Juvenis, Pereximius atque Clarissimus JOHANNES ELIAS TREIBERUS, cuius gratia, cum modo dicta premissimus, de ortu, studiis & profectibus nonnulla pro more recepto ex hoc loco in medium proferre necessarium duximus.

Natus vero est TREIBERUS noster in *Arnstadiensi florentissima Thuringia ac ditionis Schwarzburgice Ci-*

vitate Anno MDLXXVII. in ipso annuntiationis Mariae
Festo. Patrem habet Praeclarissimum ac Eruditissimum
Virum Mag. JOH. FRIDERICUM TREIBERUM Lycei
Arnstadtienis Rectorem optime meritum, Matrem vero
foeminam Florentissimam, SYBILLAM, natam ZEISOL-
DIAM, M. PHILIPPI ZEISOLDI, Pastoris Gelnicensis &
Dieceſeos Altenburgice Adjuncti gravissimi filiam. Hisce Pa-
rentibus pie ac liberaliter educatus, rudimentis litera-
rum haufis, Plurimum Reverendi Viri MAG. WOLFF-
GANGI CAROLI, nunc Ecclesie Arnstadtienis Diaconi me-
ritissimi curae demandatus, tum quoque Paris Venerandi
nec non Con-Rectoris Schole Arnstadtensis ac Clarissimi Viri,
NICOLAI FREYTAGII auspiciis eximios profectus fe-
cit. Relista deinceps Patria Urbe Anno M.DCLXXXV.
Erfurtum de consensu Parentis concessit, ibique prima
Juris Elementa a Viro Nobilissimo ac Consultissimo DN. JOH.
ERNESTO TENZELIO, J. U. D. ac Prof. illuc loci famiger-
tissimo haufit, ejusque cura & diligentia indefessè plurim-
um se debere, ingenue profitetur. Nam & tantum
in se collatum beneficium grata mente semper recolet,
omni officii ac obsequii genere data occasione id iterum
demeriturus. Lipsiam de hinc Anno MDCXCVI, pe-
tit & in numerum Civium Academicorum Rectore Ma-
gnifico CHRISTOPHORO PFAUTZ, Mathem. Prof. Publ.
Celeberrimo cooptatus, animum omnesque vires ad Juris-
prudentia sacra sedulo appulit ac lectiones publicas pri-
vatasque diligenter frequentavit. Eo ipso enim Anno,
quo Academiam istam ingressus. Excellentissimum Virum
DN. BARTHOLOMÆUM LEONHARDUM
SCHWENDENDOERFFERUM, *Icum & Antecesso-*
rem in eadem Academia celeberrimum, Fautorem atque
Amicum nostrum honoratissimum, *de successione singulari*
ex Jure Majoratus &c. publice differentem, nec non *Con-*
sultissimos Viros DN. AUGUSTUM BENEDICTUM CARP-
ZOVIUM,

ZOVIVM, ff. Prof. maxime inclytum, Affinem nostrum
colendissimum, *Institutiones Jur. Feud. Schilteri* expli-
cantem & DN. ITTIGIUM, ad Reg. Jur. Can. nec non
Beatum DN. D. ANDREAM MYLJUM, ad J. Inst.
& subsequentibus annis ad *Jus Judiciarum* publice com-
mentantes, summa attentione audivit. Atqui & le-
ctionibus privatis DN. D. ITTIGII, Lauterbachii Com-
pendium Juris nec non lib. 4. *Jurisprudentie Struviane* in-
terpretantis pariter interfuit. Imprimis vero studio-
rum suorum progressum debere se confitetur *Consul-
tissimis & Excellentissimis Viris Dominis Doct. LUDERO
MENCKENIO, Doct. CHRISTIANO GODOFREDO FRAN-
CKENSTEINIO, Doct. GOTTLIEB GERHARDO TITIO,
Doct. JOH. CHRISTORHORO SCHACHERO & Doct.
CHRISTIANO WEIDLINGIO, Quorum primus *Juris Pri-
vati dogmata*; alter *Jus Publicum una cum Historico-Politicis
discursibus notitiae Imperii Böckleri*: Tertius *Jus Naturale*
tum quoque Publicum & Ecclesiasticum methodo singula-
ri: Quartus *Magnifici Domini Stryckii Introductionem ad
Praxin forensem*: Quintus denique *Tabulas Jur. Publ. R.
Domini Jacobi Thomae nec non Philosophiam Juridicam*, ex-
plicuerunt ac illustrarunt. Præterea depraedicare ha-
bet egregie singulare Patrocinium *Conjultrissimorum ac
Amplissimorum Virorum Doct. JOH. FRIEDERICI SCIPIO-
NIS Hereditarii in Biven-Maundorff Domini BENJAM.
MAGENII, Cur. Provin. Lipsiens. Proto-Nor., Domini GUIL-
ELMI Nitschky, Hereditarii in Wachau. Quibus per
totam vitam suam gratum animum declarare non præ-
termisserum spondet. Tandem studiorum suorum fi-
duciam habens Lipsia huc venit & ut ad specimina &
examina consueta admitteretur ea, qua decet, reveren-
tia, petiit. Sustinuit quoque utrumque & alterum,
quod rigorosum vocamus, Examen, inque iis ita stetit,
ut Collegium nostrum eundem dignum judicaverit,
qui**

737

qui ad disputationem solennem publice habendam por-
ro admitteretur. Argumentum vero Dissertationis pu-
blicæ ac in auguralis de *prerogativa morum Germanie* in
concurſu cum LL. Recepis pertractavit, & sub præſidio
Nobilissimi *Consultissimi ac Excellentissimi Viri Dn. CASPA-
RIS HEINRICI HORNII, Jcti & Pandect. Prof. Publ.* fa-
migeratissimi, *Curia Electoralis, Scabinatus & Facultatis Ju-
ridica hic loci nec non Judicis Provincialis in inferiori Lufa-
cia. Aſſessoris gravifimmo ad diem futurum XIII. Octobr. Deo-
dante in Auditorio Majori illam tuebitur. Cui Pan-
gyri solenni ut *Magnificus ACADEMIÆ PRO-RECTOR*
Perillustris & Generofissimus liber Baro, nec non *Patres*
Conscripti & in universum omnes Jurisprudentiæ fau-
tores; imprimis *Cives noſtri* intereffe haud graven-
ter etiam atque etiam oro rogoque P.P.
sub ſigillo Facult. Jurid. Domi-
nica. XVII. P. Trin.*

**WITTENBERGÆ,
Typis CHRISTIANI GERDESI.**

Wittenberg, Diss., 1702 S-2-
1703



f

v218

1012

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



ORDINIS JURIDICI
IN ACADEMIA VITEMBERGENSI

DECANUS
GODOFREDUS

1702 356
Strauß/

JCtus, Potentissimi Regis Poloniarum
atque Saxoniae Electoris in supremo Pro-
vocationum Judicio, nec non Serenissimi Principis An-
halt. Servest. Consiliarius Aulicus, Facultatis Juridicae in
hac Universitate Ordinarius, Decret. Prof. Publ. Cu-
riae Electoral. Consistorii et Scabinatus
Assessor.

*Lecturis salutem plurimam dicit,
et eosdem
ad*

DISPUTATIONEM INAUGURALEM
â

Clar. jam Candidato

DOM. JOHANNE ELIA Greiber/

Arnstad. Thur. Jur. Pr. Lips.

Futuro die 13. Octob. Anno MDCCII. habendam
invitat.